



Universitätsbibliothek Paderborn

V. P. Gasparis Druzbicki, Societatis Jesu, Opera Omnia Ascetica

Aucta Duobus Opusculis De Effectibus, Fructu, Et Applicatione Sanctissimi
Missæ Sacrificii, Et De Sublimitate Perfectionis Religiosæ. Catalogum
Tractatum Asceticorum Omnium Vicina Post Dedicationem Pagina
Indicabit

V. P. Gasparis Druzbicki, Societatis Jesu, Fasciculus Exercitiorum Et
Considerationum, De Præcipuis Veritatibus Christianæ Fidei Et Sapientiæ -
Ad efformationem Christianæ vitæ, consecutionem salutis æternæ
collectus: & usui accommodatus

Druzbicki, Kaspar

Ingolstadii, 1732

VD18 90066332

Pars III. Erga Divinam Præsentiam.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45396

EXERCITIORUM

P A R S III.

Erga Divinam Præsentiam.

EXERCITIUM I.

Decet Hominem semper Dei sui meminisse

1. **C**Ogita DEUM tibi præsentem, semper & ubique, per Essentiam suam, per Personam, & perfectissimam tui intimorumque tuorum omnium cognitionem, & per Potestatem, sive ad omnium singularumque tuarum actionum cooperationem, perpetuamque in tuo quocunque Esse, (naturali, & supernaturali) conservationem: & per hoc tui in suâ potestate contentionem.

2. Sine hac Dei ad te præsentia, impossibile est, te esse atque existere, vel per unicum instrumentum; impossibile est etiam te vel tantillum corpore animâve commoveri, seu aliquid tenuissimum agere, aut erga absolutum, omnimodumque Dominium DEI, vel ad momentum esse.

3. Hujus DEI ad te præsentia, in Deo quod dem fons est Immensitas ejus: tum Essentia, tum necessariò ubique est: tum Sapientia, quâ necessariò omnia intuetur, ac novit penitissimè; tum Omnipotentia, quâ necessariò omnia operari potest, & absque ejus sive operatione, sive cooperatione fieri omnino Nihil potest, ne quidem ad momentum

U num unicum. In Homine verò (& in omni aliâ qualicumque Creaturâ:) ejusdem Divinæ ad ipsum Præsentia, fons est, Nihilum hominis: quod homo ex semetipso Essentialiter est: aliquid autem five esse, five agere, five posse, five commoveri, five cogitare, penitus ex seipso non potest. sed quemadmodum ad primum suum Esse, atque existere, exigit ut omnino à Deo sit, ita & ad quodcunque aliud esse, aut agere, necesse est, ut pariter hoc sibi conferatur à Deo.

I. 4. Unde Paulus Apostolus disertè de omnibus Creaturis affirmavit: *Quia in Deo vivimus, movemur, & sumus.* *Act. 17. 28.* Est quoque universaliter verissimum de omni Creaturâ, deque omni Creaturæ actione, illud quod Christus Dominus, rectè tuarè strictius ad omne opus salutis asseruit. *Manete in me, & Ego in vobis.* *Joan. 15. 4.* *Sicut palmes non potest ferre fructum à semetipso, nisi manserit in vite: sic nec vos, nisi in me manseritis. Ego sum vitis, vos palmites; qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multum: quia sine me nihil potestis facere; Hoc Christi Domini dictum, dico esse in omni sensù tantillâ latitudine verissimum; quia omnes Creaturæ, quid enim sunt veluti palmites in Deo tanquam in vite, ex qua omni quâ omne suum esse, vivere, agere, & quovis modo fructificare in rerum naturâ habent; quia sine ipso, & nisi manserint in ipso conservatæ ab ipso, nihil possunt esse, nihil possunt facere.*

5. Hujusmodi conditio cum sit Hominis, (& Creaturæ cujusvis,) respectu Dei, manifestum est; necessum esse, ut & Deus homini semper adsit, imò & insit, per suam Essentiam, præsentiam, atque potentiam; & vicissim, ut homo semper Deo adsit, per Entitatem, à Deo illam accipien-

G: 2
ope
To
N
5

cupiendo; per potentiam à Deo illam ad opathâct
randum quidlibet derivando; per præsentiam bes, po
seu cognitionem, Deum semper sibi, & sese quatu auter
que DEO præsentem cognoscendo; & memmodò
nendo. bona co

6. Et de primis quidem duobus, nempe 8. A
præsentia hominis ad Deum, per Entitatis, atque sens ipsi
Operationis ab eo derivationem difficultas nul morem
est; cum hominem sine his, & esse, & agere in ma tuæ
possibile sit; sed de tertio, nempe de cognitio quæ du
ne & memoriâ apud se Dei præsentia, magna, simò ma
mulque admodum homine indigna, Deo qu manat i
simul exosa, difficultas est. Magna dico diff Charita
cultas; non quòd revera magna, & difficil increse
actio sit, Dei præsentis meminisse; sed quia ha infatiga
est misera, & infelix hominum conditio, quò cumqu
in hujusmodi actione supra modum supinè sit certum
negligentes, consequenterque ignorantes; per omniur
inde, ut bruti pisces, cum in mari vivant, mo thesauri
veantur, & sint, se tamen ibi vivere, & moveri, 9. P
esse ignorant; sic homines licet quantiquan gentia,
sint ex Deo, & in Deo vivant, moveantur, agant ignorar
& sint; id tamen ignorant, seu verius negligunt fiat, ut
contemnunt, & usque adeò in Deum ingravel non
sunt, ut etiam immemores penitus existant. memini

7. Adverte igitur ô homo, adverte, & medu 10.
litus expende, quàm decens, dignum, necessa ut jugis
riumque sit; te cognoscere, cogitare ac mem tatio,
nisse, jugiter Deum tibi præsentem; & te coram Corde,
illo stare. Expende; quàm indecens, quàn riâ, non
probrosum, quàm absurdum sit, ut tu, (ô Homo tione, n
Dei ad momentum obliviscaris; qui scis Deu reveren
perpetuò tibi adesse, tuique meminisse, atque tentio
curam omnem tui gerere; & ita quidem gere & mem
V.P.

athâc tui memoriâ suâ, totum quidquid Es, habes, potes, speras, optas, operaris, tibi conferat; tu autem nihil ei memoriâ tuâ tribuas, sed solummodò tibi ipsi omnia naturæ & gratiæ, & gloriæ bona conquiras.

8. Age gratias Deo, & quia semper tibi præsens ipse est, & quia vult te esse suæ Præsentia memorem semper; Hæc enim memoria; est Anima tuâ, toti que tibi, veluti quidam perennis aquæ ductus, quo in te ex Divinæ Bonitatis fonte, imò mari, redundant infinita bona. Inde enim manat in Animam tuam Fides viva; Spes firma, Charitas æstuans, puritas integra, fervor semper crescens, devotio dulcis, diligentia operandi infatigabilis, reverentia Dei profunda, oratio, cumque Deo sermocinatio familiaris, refugium certum, requies indubitata & secunda; denique omnium virtutum, gratiarum, & perfectionum thesaurus; præter omnia Naturæ bona.

9. Pudeat te tuâ, sive Infirmitatis, sive negligentia, sive ingratitude, sive malitia, sive ignorantia, atque cæcitate, quâ in te id probri fiat, ut Deum, tibi intimè, & assiduè præsentem, vel non cognoscas, vel non cogites, vel cogitare meminisseque negligas, ac non possis.

10. Omni, atque infatigabili conatu labora; ut jugis, ac perpetua in te Divinæ præsentia cogitatio, memoriaque perseveret; non recedat à Corde, non ab ore, non ab opere, non à memoriâ, non ab amore, non à desiderio, non à veneratione, non à contemplatione, non à laude, non à reverentiâ, non à fruitione, atque possessione, & attentione, atque ab intentione tuâ, Deus tuus, & memoriâ illius. Imple Davidicum Monitum:

G:
ope
To
N
5

Pf. 104. 4. *Quærite Dominum, & confirmamini: quærite faciem ejus semper. Imple & Exemplum ejusdem Prophetæ,*

Pf. 15. 8. *dicentis de se; Providebam Dominum in conspectu meo, semper, quoniam à dextris est misericordia mea, ne commovear. Imple denique Tobix Monitum*

Tob. 4. 20. *Omnibus diebus vitæ tuæ in mente habeto Deum: consilia tua in ipso permaneant.*

II. Pete à D E O: ut quemadmodum tibi nunquam non est, nunquam te non conservat, nunquam non tibi cooperatur, nunquam non facta tua respicit, & discutit, seu remuneraturus bona, seu castigaturus mala; ita tu quæ nunquam non cogites cum tibi præsentis nunquam non ei omnia tua bona attribuas, nunquam non te totum eidem offeras, atque reddere nunquam non omni opere, dicto, cogitatu, affectuque tuo, illi sanctissimus, ac ferventissimus appareas, & perseveres.

12. Propone denique; cum Dei præsentis auxilio, te velle; perpetuam ejus præsentis memoriam, in mente, & actione, atque actione circumferre, & nunquam in hoc discutari.

P R A X I S.

DEus, cujus immensitatis nullus est finis: & ubique præsens, ubique totus es, in quo etiam omnes & singuli vivimus, movemur, & sumus, quo etiam nihil facere possimus, & demum cujus omne quicquid habemus: conforta: quæsumus, adimple luce tua corda nostra: ut in Præsentia Majestatis tuæ semper incedere, semper esse, semper memoriam Tui, cum amore, & reverentiâ conservare mereamur.

EXE

EXERCITIUM II.

Periculosum est homini, Dei presentis non meminisse.

1. **C**Ogita Deum tibi presentem semper, & ubique, per Essentiam, Presentiam, & Potentiam; ait enim: *Celum & terram ego impleo*: quod si hæc; sine dubio etiam te.

2. Cogita, imò statue, tu quoque; te Deo presentem totum quantusquantus es. Sicut enim pisciculis, ubicunque se verterit, mare in quo est invenit; Sic & tu, ubicunque es, in Deo es; Deum ubicunque invenis, tibi amplius, quam te ipsum tibi presentem. Et pisciculus quidem è mari egredi, vel extrahi potest, te autem extra DEUM vel egredi, vel extrahi, impossibile est.

3. Tunc solùm extra Deum egrederis, quando Presentis tibi Dei oblivisceris: atque sicut pisciculus ex aquâ extractus, perit, & moritur; ita tu, ex Dei presentia, per Dei oblivionem tuam egressus, necesse est ut subito pereas. *Non est* Psal. 10. 5. *ait Propheta) Deus in conspectu ejus: (Hominiis) inquinata sunt via illius in omni tempore: & alius* Ose. 10. 2. *similiter Propheta dicit. Divisum est Cor eorum: (a Deo, & ejus Presentiæ memoriâ) nunc interibunt.*

4. Est ergo extremè periculosum homini: non meminisse Dei sibi presentis, neque versari in ejus conspectu. Nullâ enim ratione, vel citius, vel facilius, vel gravius, quicumque Homo prolabitur in peccata, vel in vicinam peccatis negligentiam, ac mentis cæcitatem, vel in-

G:
ope
TO
N
5

temptationum laqueos, vel in derelictione quoque
protectione Divinâ: quam si memoriam Deo, in
sibi præsentis, à Corde, memoriâque suâ ratio in
ponat. dis no

5. Etsi verò Præsentia Dei memoriâ placenc
esse, tum explicito, & expresso memorandi lem co
que mente Deum ut præsentem habendi ad mi faci
quo quis reverâ, & reipsâ meminit Dei sibi per ope
sentis; & coram eo, atque cum eo actu ver 7. E
tur, operaturque; tum implicita, & virtualis; sentem
fit, quando quis cum Deo, vel coram Deo, ut non
de Deo, vel propter Deum aliquid agit boni non
esto tunc de Præsentia sibi Deo nihil cogitet, ti, abin
que ad Præsentiam ejus, suam vel cogitatione tentatio
vel memoriam advertat; & hac implicita ut Hom
memoria bona sit, nec Deo ingrata; cum eni non per
fic Deus laudari possit, & in ejus gratiam m Bonitar
bona fieri valeant; tamen prior ille, explic benefice
& expressæ actualisque de Divinâ apud nos dine, e
sentiâ memoriæ modus, longe est Dei digni cordiali
mæ Præsentia congruentior; & Deo nobis m me exp
senti, nostraque omnia, penitissime, familiarit Hæc aut
me, amicissimeque inspicienti, quin etiam simulqu
biscum operanti, jucundior; & nobis ad omni stimuli
in Virtute, in Dei amore, & amicitia, in me Anima
purity, in fervore devotionis, in decursu p eundatu
fectionis, utilior, atque facundior; proinde agendur
iam, & iste idem prior modus habendus e propter
quantum fieri potest, familiarior. on: nibu

6. Per hunc enim actualis memoriæ Præ am, pra
tis nobis Dei modum & usum, admodum m virtuale
tur, & augetur in nobis Unio, & familiarit omnibu
cum Deo. Amicitia item reverentialis, & remoria
rentia amica, amorosaque Dei; circumsped qu

quoque, & attentio mentis, ut dignè incedat Deo, in omnibus viis, seu operibus suis; Excitatio insuper efficacissima, atque perpetua, Cordis nostri, ad omnis perfectionis studium, ad placendi Deo amplius, & amplius, incessabilem conatum, ad dignas Deo resolutiones animi faciendas, exequendasque, pro ipsius gloriâ per opera heroica.

7. Dum enim Homo cogitat DEUM sibi præsentem, & se coram illo stare, fieri non potest, ut non alienissimus fiat, remotissimusque ab omnino non solum peccato, sed etiam umbrâ peccati, ab imperfectione, à motu etiam pravo, & intentionem declinante; fieri etiam non potest, ut Homo DEUM præsentem habens in memoriâ, non perstringatur ejus Dignitatis æstimatione, ejus Bonitatis amore, ejus Majestatis reverentiâ, ejus beneficentiæ gratitudine, ejus liberalitatis cupidine, ejus voluntatis subjectione, ejus Cordis, cordialisque gustûs, per omnia, & quàm maxime explendi, nunquam satis explendo desiderio. Hæc autem, & his similia, omnia sunt acerrimi, simulque suavissimi, ac proinde & efficacissimi stimuli; quibus benè se ad Deum habens omnis Anima, supra modum mirificè sublevatur; fæcundatur, erigitur, roboratur, animaturque ad agendum, versandumque cum Deo, coram Deo, propter Deum, in Deo, dignè Deo. His verò omnibus ferè destituitur, qui actualem memoriâ, præsentis sibi DEI, non habet: quantumvis virtualem utcunque habeat. Multò verò magis omnibus his bonis caret, qui præsentis Dei memoriâ caret.

G: 27
ope
707
N
5

8. Age igitur ô Homo gratias Deo: qui & memoria tibi semper Præsens est, & te suæ præsentia semper oblitum memorem esse jubet: & qui te sui, tam sæpe memoria tamque diu immemorem, vel à gravi lapsu, quæper ad tu tibi in proclivi erat, conservavit, vel gravius pro lapsum, tamen non destituit, sed benignè erexit magis attendens quid suam Bonitatem tibi præsentem, quam tuam malitiam sui non memorum deceret.

9. Confundere, quod Dei (& ô quanti Bonitas obliviscaris tam sæpe, & quidem tam vilibus causis, sive occasionibus, ab ejus Præsentiæ memoria, justissimâ, utilissimâ, necessariâque summi abductus. Et qui omnium aliarum rerum, etiam meritò obliviscendarum, es memor; Dei solius immemor: cum tamen probè scias, ejus te in gravissimo peccandi periculo, quin & ipsius peccati reatu, oblivisci non posse.

10. Pete à Deo, ut nunquam te ita ullis rebus curisve immersum esse sinat, quo minus illum Præsentem esse cogites. Quod si quando secessaverit, non sinat tamen ideo vias tuas inquirere, sed potius, ut cor tuum, benigno ipsius instinctu, ad sese revocatum, te coram Deo præsentem statuatur.

11. Denique propone nunquam à corde memoriam præsentis tibi DEI deponere; sed memoriam curare meminisse, & attendere; quomodo DEUS quidem tibi coram adsit ut Dominus, verò coram illo sis, ut devotissimus, & ad omne opus Dei velocissimus servulus.

P R A X I S.

DEUS qui propter nos, in nobis, & nobiscum manere delectaris; & nos, tum Præsentiâ, tum memoria

qui & memoria tui vivificas, quæsumus, libera Corda nostra,
& semper ab oblivione Præsentia tua, ut tui semper Præsentis
tam sæpe memoriam retinentes; nunquam ad peccandum, sem-
per ad tibi placendum declinemus.

EXERCITIUM III.

Pulcherrimi Dei presentia memoria, facit
nos quoque Pulchros.

1. Cogita Deum tibi præsentem, & te vicissim
coram illo stare.

2. Hujus Dei semper tibi præsentis, tanta est
Majestatis & Perfectionis Pulchritudo: ut de illâ
dictum sit; *Speciosior est Sole: & super omnem di-* Sap. 7. 19.
spositionem stellarum: luci quoque comparata inve-
nitur prior. Et rursus: Oculi ejus multò plus luci-
diores sunt super Solem, circumspicientes omnes vias Eccl. 23. 28.
hominum, & profundum abyssi, & hominum corda,
in absconditas partes.

3. Hic aded præsens nobis & pulcher Deus,
omne quod pulchrum est, sive super Cælum, si-
ve in Cælo, sive sub cælo condidit, atque orna-
vit; neque sibi quidquam de suâ pulchritudine
detraxit. Quemadmodum Sol, qui à tot sæculis,
lucem per hoc universum diffundit, nihil tamen
hactenus de sui luminis abundantia deperdidit.

4. Hanc Dei pulchritudinem, quantò quis
sapius intuetur, tantò plus de eâ in sese derivat,
& pulchrior quoque efficitur. Quod hujus soli-
us pulchritudinis proprium est: aliæ namque
pulchritudines id non habent.

5. Nimirum, pulchritudines aliæ Creatæ, ex
Nihilo, & mortuæ sunt, atque ideo steriles: at

G:
ope
To
N
S

Divina Pulchritudo vitalis est, Creatrix est, neminem, a se potest nisi communicatrix esse sui: imò nec in medio sui unquam potest videri ab ullo, nisi ab eo, qui se ad communicationis capax sit, ideoque idem illi non potest videri & communicari, ideo etiam quisquis eam contempletur, intuetur pulchrescit: & quo quis penitus frequenter contempletur, tuiusque in eam figit obrutus, eò plus pulchritudinis ad se adtrahit.

6. Si quis curiosus es, hinc esto: hinc curiosus innocens est: sed Oculos Cordis exere. Nisi in solo corde hæc pulchritudo videtur: solummodo in hac pulchritudine pulchrius redditur. Hoc est mundum emunda. Nam beati mundo Corde, quomodo ipsi Deum videbunt. Videbunt, & pulchrescent, & videbunt, & videndo non explebuntur: quia semper nova invenitur, licet Nihil eam antiquius sit.

7. Age gratias Deo: quòd tibi semper presentis sensus esse velit: ut tu ejus pulchritudinem, memoria, & mente intuens semper, tu quoque pulchrescas: habeasque ad manum exemplar, cui te conformes, & cujus pulchritudinem mireris, appetas, laudes, imiteris, induas.

8. Confundere: quòd in conspectu tam presentis Christi tibi presentis Dei, tam factus ipse sis, tam facta patrare non erubescas, tam imperfecta, tam scitentia nãvis bona ipsa tua, illo presente facta sustineas: illique offerre audeas: qui Nihil communi quinquatum admittit: & serviri sibi vult corde mundando, atque perfecto.

9. Pete ab hoc Deo, ut Pulchritudine suã oculos Animæ tuæ purificet: quòd possis dignè speculari esse pulchritudinis ejus. Neque solummodo purificet, verùm etiam sic eos in sui admiratione

x est, nem, amorem, cupiditatemque rapiat, ac in stu-
nò medio sui æternaliter defigat: ut eos tu, etiam vo-
o, qui lens (quod tamen absit) avertere, avellereque
em illi non possis: sed velis nolis, Deum cogites, Deum
squis e videas, Deum toto voluntatis tuæ conatu affe-
s frequætes.

pulchr 10. Propone constantissime ita vivere, ut in
opere tuo quolibet, te ad Pulchritudinem DEI
curios quàm maximè possis, conformes: & sicut *Via*
re. N *DEI, via pulchræ sunt*, ita & semitæ tuæ (affectûs
olum C scilicet atque studia) sint mirabiles, sint deside-
Hoc e rabiles, sint quasi lux splendens procedentes, at-
quoni que crescentes, usque ad perfectum diem, Di-
hresce vinæ nimirum pulchritudinis, viarumque illius si-
ur: q miltudinem, per puritatis, atque perfectionis ejus
antiqu imitationem.

per pr 11. Propone quoque familiarem tibi reddere
Divinæ pulchritudinis cogitationem, memoriam,
, mem contemplationem: nulla sit ut dies, nulla hora,
e pulch (uinam & momentum nullum) quin oculos
ii te co Cordis tui in eam defigas.

is, app 12. O quam pulchra enim est Essentia Dei,
Trinitas atque Unitas, Bonitas, Charitas, Sa-
tam P pientia, Misericordia, Justitia, Potentia, Veri-
fis, ta tas: & quidquid demum in Deo, imo Deus est,
fecta, totum Pulchritudo ipsissima est, quam videre Vi-
te face ta est, vita beata, vita æterna, vita, in quâ est
hil con omnis vita, & sine quâ nihil est, nulla est om-
de mu nis vita.

P R A X I S.

suâ oc
è spec
lùm e
mirati
ne
O Pulchritudo antiqua semper, & nova semper,
DEUS: apprehende, & rape: tene & dul-
cesce: imple, & posside oculos Animæ meæ: & trans-
E s forma

G:
ope
To
N
5

forma illam in omnem similitudinem tuam. Hæc enim Vita æterna, & omne bonum; pulchrescere Speciositate tuâ, & induere illam sibi, quam completissimo, tibi simillimo, atque etiam simul completissimo modo, &c. Nunc ergo Domine, qui pulcher es, & decorus, & omnia tibi conjuncta pulchra facis, & decora, infunde mihi pulchritudinem quam diligis in te, quam cupis in me.

EXERCITIUM IV.

Memoria DEI nobis presentis, vult, & facit nos Sanctos.

1. **C**OGITA DEUM semper, & ubique tibi presentem, & te quoque coram illo, cuius oculis omnia nuda sunt & aperta, nec est invisibilis ulla Creatura, ullave Creaturæ conditio, & operatio, in conspectu ejus.

2. Ille est, qui dicit & imperat omnibus *Lev. 11. 44.* Sancti eritis, quoniam & ego Sanctus sum: ille est qui Abrahamo præcepit, & id ipsum simul omnibus servis suis indixit: Abraham: *Gen. 17. 1.* ambula coram me: & esto perfectus. Tales nimirum vult esse suos Amicos, qualis ipse est: perfectos, sicut ipse perfectus est, innocentes, sicut ipse innocens est, Sanctos sicut ipse Sanctus est. *Lev. 10. 3.* Sanctificabo (inquit) in eis, qui appropinquant mihi.

3. Propterea, etsi omnibus creaturis, pulcherrimum tamen suis servis, & justis: adest semper præsens: tum ut semper paratum habeant in ipso refugium atque auxilium: tum ut semper tueatur omnes commotiones ipsorum, conversationesque cordium, & affectionum ipsorum

Hæc ut se illis in speculum, atque specimen, & regulam exhibeat perfectissimam, ad quam quidquid operantur, operentur, exigantque, tanquam ad normam, & libellam universam vitam suam, quod factitasse prædicantur Zacharias, cum Elisabeth, de quibus affirmatur: *Erant justi ambo ante DEUM incedentes in omnibus mandatis, & justificationibus Domini, sine querelâ.*

Luc. I. 6.

IV. Vide ergo, ô homo, quàm sanctè, castè, ferventer, Deo tibi semper præsentem, debeas deservire, quam perfectè coram illo, quàm sollicitè cum illo ambulare. Quandoquidem ideo tibi semper præsens est, spectans, & percensens acutissimè, simul & æquissime, omnes vias tuas, omnes conatus tuos, quos in ipsius perfectum servitium expendis, quibus & seipsum suamque Sanctissimam Voluntatem, in Regulam, & ideam proponit: quibus, si eos tales, quales par est, sedulo adhibes, copiosa gratiæ suæ, internarumque consolationum, æternæ etiam beatitudinis, sanctificationis quoque & perfectionis eximiæ, præmia, & in præsentem largitur, & in futuro servat. Quod si in conspectu Majestatis, & Sanctitatis ejus exemplaris, negligentius te geris, & opera perfecta coram eo non facis, & ignem non sanctuarii, sed fatuum, aut communem in sacrificium ejus adhibere audes; severè, non minus, quàm irremissibiliter castiget insipientiam tuam: sanctificeturque in suâ justitiâ, & in castigatione tua.

5. Gratias age Deo, quia per suam intimam Præsentiam tibi adhærendo, omnesque gressus tuos exactissime inspiciendo, imponit tibi necessitatem, proponitque simul perfectam regulam,

G: D...
Luci
oper: ...
Tom II
Nov
57

lam, sancte, & perfectè semper agendi: minutissimas quasque imperfectiones, & negligentias, dilationesque damnosas, evitandi: omniferventissimo, cumulatissimoque cum Gratiam merito, gustusque Divini explendi studio elaborandi, utpote qui cuncta facias, ante ferentissimos Dignissimi DEI oculos, cuncta cernentes.

6. Erubescere de tua somnolentia, inconstantia, temeritate, qui cum scias, Deum ita die noctuque super custodiam tuam vigilare, omnemque commotiones tuas internas, & externas annotare, veluti si totius reliquæ creaturæ obiectus, unum te solum, tuaque solius omnia generaliter consideret; tu tamen adeo nihil, vel admodum parum hac Dei super te Vigilantia commoveri, ut quidquid libuerit, etiam licere putes tibi Deoque præsentis, & universa tua intuiti, non solum negligenter, verum etiam fraudulentè insequaris: miserrimamque, ac inquinatissimam in Divino ipsius obsequio curam adhibeas; perinde, ac sic vel Deum esse, & tibi adesse non crederes; vel opera tua, ab eo videri, suoque tempore iudicatum iri severissimè, non timeres.

7. Pete à Deo, ut etiam sicut Abrahamæ, tibi dicat: *Ambula coram me, & esto perfectus* detque tibi gratiam suam magnam, qua adjuvetur efficaciter, sollicitè ambules cum Deo tuo, cum Sancto sanctus sis.

8. Propone exactissimam cunctis in operibus diligentiam, ferventissimamque ac in Deum liberalissimam mentis curam: ita ut tibi obijci non possit: *non video opera tua plena coram Deo*

meo: potius dies pleni inveniantur in te: & ex
veritate attestantis conscientiae tuae, nec non Di-
vinæ, dicas Deo; *In toto corde meo exquisivi te, ut
non peccem tibi.*

Pf. 72. 10.

Pf. 11. 10.

P R A X I S.

DEUS, cujus Natura Sanctitas, & cui cum Sera-
phinis omnis creatura clamat, Sanctus, San-
ctus, Sanctus, Dominus Deus Sabaoth, qui Creaturas
tuas Sanctas, & vis, & facis, & amas; effunde su-
per nos Sanctissimæ Præsentia tuae lucem, sanctifica-
tionisque Spiritum, ut per Sanctitatis tuae Præsen-
tiam, universus Vita nostra famulatus, coram te in
Sanctæ Perfectionis gratiâ procedat, tuæque Sancti-
tatis plenitudine semper coram te fulgeat, fulgendo
crescat, crescendoque perseveret.

EXERCITIUM V.

*Deus nobis praesens semper, adjuvat
nos semper.*

1. CONSTITUE te DEO præsentem, simulque
Deum tibi: te quidem Deo, tanquam
indigentissimum opis Divinæ. Deum autem
tibi, tanquam *adjutorem in opportunitatibus.* Ne-
que enim aliâ de causâ, vel Deus te, vel tu Deo
præsentem indiges, nisi ut ille tibi opem in omni-
bus exhibeat: quoniam alius non est qui adju-
vet; tu autem opem ab illo per singula momen-
ta in omnibus viis tuis, partim exposcas, partim
expectes, partim accipias, & pro acceptâ, illi gra-
tias agas, eumque glorifices.

Pf. 9. 10.

2. Hoc est ipsiusmet Domini Dei nostri ju-
dicium, ita per Prophetam dicentis. *Invocame*
in

Pf. 49. 19.

G: D...
S...
oper: ...
Tom II
N...
5...

in die tribulationis: eruam te: & honorificabis non ad
 Et quia nulla est homini ulli hora, nulla h summan
 particula sine tribulatione, sine tentatione, ita liber
 discrimine; *Tentatio enim & militia est vitabu* ctionib
nis super terram; estque homo natus ad laboro meritis
sicut avis ad volatum; nulla etiam esse debet h delecte
 & vitæ portio, sine opis Divinæ invocatione, vilis, ut
 emendicatione, & acceptione, & demùm aliqua a
 eâ acceptâ sine gratiarum actione, atque Deu 6. P
 jutoris glorificatione. morem

Job. 7. 1.

Job. 5. 7.

3. Deus ergo habet super te, ô homo, in
 tos oculos: ut te in hâc miserâ vitâ, & præ
 tim in sui obsequii operibus, laborantem ad
 vet, & confortet: hostem qui te conatur in
 gotio salutis impedire, & in exitium etiam in
 ternum impellere, à te repellat: teque in viâ
 graderis, ne aberres manuducat, ne labaris
 stineat, ut lapsum erigat, languentem con
 tet, pugnans adjuvet, victorem coronet: du
 modo tu illum in his omnibus cogites, illi
 fidas, illum invoces, & in ejus adjutorio inhabi
 & illum glorifices.

4. Age gratias Deo pro tanta ipsius circa
 tuæque Animæ salutem cura: quâ perpetu
 præfens, & adstans, ne te ad unicum mom
 tum deserens: & omne tibi salutare bonum
 provocat, & deducit per vias rectas: nec al
 quidquam exigit à te, nisi ut memor ejus
 semperque illum præsentem tibi cogites, invo
 illum semper; unde & tenerrime tibi blandi
 dicit. *Meus es tu:* ne obliviscaris mei.

5. O quæ tua ingratitude, homo! quâ tu
 tui, nunquam tibi non assistentis, nunquam
 non beneficientis, nunquam infirmitatem tu
 no die
 7. E
 per effe
 tibi aux
 ventifli
 ita ut in
 semper
 parare p
 nutum
 victori
 litteran
 Deo gr

non adjuvantis; per supinam incuriam, perque summam injuriam oblivisceris: & sæpenumero taliberè Præsentem ipsum, peccatis imperfectionibusque offendis; quasi aut pessimè de te meritus ille sit, aut stultitiis nequitiisque tuis delectetur, aut ita sit in se abjectus, & coram te vilis, ut dignus non sit cujus præsentiæ & personæ aliqua abs te ratio habeatur.

6. Postula à Deo, ut te sui reddat semper memorem, nec non pro suis in te beneficiis gratum, ac etiam in suo adjutorio fidentissime habitantem, & conquiescentem: tum verò, ut te ita mobilem, facilemque, & promptum indefessè, ad omne suum beneplacitum explendum, ac insuper adeo alacrem, ferventemque, & generosum in laboribus pro sua gloria reddat, nullis ut humanis respectibus, nullis ut difficultatibus, nullis (in universum) rationibus creatis, ab ejus Sanctissima Voluntate omnimodis adimplendâ præpediaris unquam. Sit tibi theatrum Mundus, Spectator autem Deus: quis talem habens Spectatorem, ab homine spectari, aut ab humano die judicari desideret?

7. Firmè constitue Dei præsentis semper esse memor: & illius Beneficentiæ gratiâ tibi auxiliante, ad omne opus perfectissimè, ferventissimeque semper consummandum te offer: ita ut in plenitudine Cordis ante Deum incedas semper: nec ullam habeas Creaturam, quæ te separare possit à Charitate Christi, à solidarum virtutum exercitio, ab assiduâ tuimortificatione & victoriâ, à studio observandi ad unguem, & ad litteram ea omnia, ad quæ, vel lege obligaris, vel Deo gratissima esse cognoscis.

PRAXIS.

G: D...
B...
oper: 4027
Tom II
N: V
57

P R A X I S.

O Fortissime Protector, & paratissime Auxiliorum, & in tribulationibus Unicus Adjutor noster, quæsumus extende super nos Brachii tui Virtutem: nosque dignatione Præsentia tuæ semper omnibus adversitatibus protege: semper in omnibus bonis confirma: ut Divinâ tuâ Præsentia magis fice delectati atque roborati, per omnia Victores ad Coronam Justitiæ à te recipiendam pervenire mereamur.

EXERCITIUM VI.

De Fructibus quos nobis profert Memoria Præsentia DEI.

1. **C**Ogita Deum tibi præsentem, & te illi intimissimum: à quâ cognitione nullis quæ fieri potest, & ista fragilis vita permittit, sinas avocari in currentibus occasionibus, atque in gestionibus, etiam spiritualis cujuscumque boni spem facientibus, aut speciem exhibentibus.

2. Liberatis enim juxta sua momenta, spiritualibus etiam exercitiis, ac doctrinis, & examinationibus omnibus, quæ per nos exhiberi possunt Deo, in hac vita ministeriis, atque in ministeriis profectibus; vix unum, vix ullum, par, maxime, isto de Divinâ Præsentia exercitio, reperire & assignare licebit. Id quod ex fructibus exercitii vel in parte cognoscatur.

Primus Præsentia Divinæ memoriæ, exercitiique circa illam fructus censendus est, ipsa Præsentia. Quid enim majus vel intellectibus, vel voluntati, vel toti Homini optabilius, nobis

sque proponatur quàm Deus, & quidem intimè præsens, Deus? Hunc Deum, non facit quidem absolutè præsentem nobis in nobis, memoria nostra; nam sine nostrâ memoracione, aut cogitatione, aut affectione, præsens est in nobis Deus: facit tamen suo modo præsentem nobis, & in nobis Deum, cogitatio, & cognitio nostra: quia ut salutariter nobis præsens Deus sit, hoc facit cogitatio, atque cognitio nostra. Alioqui non plus nobis conferret ejus Præsentia in nobis, quàm brutis, aut saxis proficit, eadem Dei præsentia in ipsis.

2. Fructus Præsentia Dei memoria, est ipsa memoria & cognitio Dei præsentis. *Hæc est enim* Joan. 17. 3. (ait Dominus JESUS) *vita æterna, ut cognoscant te verum Deum. Et ipse apud Prophetam Dominus. In hoc gloriatur, qui gloriatur: scire,* Jer. 9. 24. *& nosse me, quia ego sum Dominus.*

3. Fructus, Præsentia Dei memoria, est Incentivum Amoris Divini, paratum semper, atque veluti in promptuario reconditum. Sicut enim ex pharetrâ sagittas ad jaculandum, ita amoris Divini jacula, ad evibrandum ex memoriâ DEI præsentis, promere facillimum est. Nam quis non amet Deum, summum utique bonum, habens illum, & videns, sibi, & in se, propter omnia sua bona, Naturæ, Gratia, Gloriaque æternæ impertienda præsentem?

4. Fructus, Desiderium DEI. Anima dicitur vivere desiderijs, sed si feratur in bona veram vitam conferentia. Tale bonum est solus Deus, & ex eo reliqua. DEUM ergo desiderare vita est Animæ. Atqui scire, & habere Deum sibi præsentem, & facit, & implet omne desiderium.

G: Druzb.
Oper: Druzb.
Tom I
N: V
57



5. Fructus, Æstimatio, exaltatio, laus
 Qui Deum præsentem sibi novit, quid primo
 quidve aliud agat non habet, nisi ut inæstimabiliter
 liter æstimet, atque super omne pretium appretietur
 Deum: & totus laudem, in laudemque ejus
 retur, corde, ore, manu, toto se.

6. Fructus memoriæ Præsentis Dei, præsentis
 Hominis ipsius, quis enim se Deo plenum se
 contemnat se? Acceptus homo, (& omnis creatura)
 tura) sine Deo, non aliud quàm nihil est; atque
 plenus, unde contemnatur non habet: nisi quantum
 quantum minùs de Deo habet: & unde pretiosus
 simus sit, utique ipsum DEUM habet.

7. Fructus, Possessio, fruitioque bonorum
 Dei, & gaudium de illis, Deus enim homini præsentem
 sens, non nudus, neque vacuus inest, sed omnia
 bona sua secum infert. Nec infert, ut tantum
 ostendet: sed ut ea homini elargiatur etiam
 versa, si audet homo dilatare sed ad capiendum
 universa. Quod si homo inops bonorum
 est, habens Deum; ipse sibi imputet. Ut
 adeo dives est Homo DEO, & ejus Bonis
 non possit iis privari, nisi se ipse iis privet: quod
 vis & tunc illa habet in se, sed non sibi, nec
 suo habet.

8. Fructus, Assiduus Dei contuitus, Deus
 qui Pulchritudo, qui Dulcedo, qui Serenitas,
 Suavitas est: & eum in quo est, talem facit. Non
 DEUS nec videre quenquam, nec videri à quocumque
 quam potest, nisi eum sibi assimilet: quomodo
 lux, seu videat, seu videatur, illuminat.

9. Fructus, Regula, & Norma vivendi, agendi
 dique infallibilis, & semper expedita, atque
 plicata. Ex præsentis enim DEI aspectu, quis
 discit, & discit agere, discit ambulare, discit
 Deo: omnis creatura, omnis creatura, omnis creatura
 amque
 10.
 DEO n
 fonte,
 um fon
 omne l
 tium,
 que spe
 sed reip
 suis, si
 est glor
 Provide
 niam à
 hoc late
 insuper
 tio hor
 homine
 datio.
 11.
 & in m
 enim se
 ptu? A
 sentiam
 DEUS
 tibi; M
 Jacob:
 Redem
 petent
 diam:

discit, & habet, quid agat, quomodo, quare agat, discit agere propter Deum, & instar Dei, discit ambulare cum DEO, coram Deo, in DEO. ex Deo: discit normam & mensuram omnis actionis, omnis desiderii, omnis pretii: discit gradum, ideamque omnis Virtutis, & in Virtute perfectionis.

10. Fructus, Auxilium Dei ad omnia. Ex DEO namque cum procedant omnia tanquam ex fonte, quisquis Deum habet; omnem & omnium fontem habet: omne auxilium, omne robur, omne levamen, omnem stimulum, omne pretium, omne primum habet: & non fide, neque spe solâ, neque desiderio aut promisso solo, sed reipsâ, & usu, suo proprio, in manibusque suis, si modò scit, & vult, penitus habet. Inde est gloriatio Davidis, gloriationisque etiam causa.

Providebam Dominum in conspectu meo semper: quoniam à dextris est mihi, ne commovear. Propter hoc latatum est cor meum: & exultavit lingua mea, insuper & caro mea requiescet in spe. Ita nulla portio hominis destituitur auxilio, quando Deum in homine præsentem, non destituit hominis recordatio.

Ps. 15. 8.

11. Fructus, Promptus, paratus, proximus, & in manu, ac planè intimus DEUS. Ad quid enim semper præsens: nisi ut ubique sit in promptu? Audi homo Deum contestantem tibi præsentiam promptitudinemque suam: *Ego Dominus DEUS tuus, apprehendens manum tuam, dicensque tibi: Ne timeas: ego adjuvi te. Noli timere vermis Jacob: ego auxiliatus sum tibi, dicit Dominus, & Redemptor tuus Sanctus Israel.* Audi & iterum repetentem. *Et erit, antequam clament, Ego exaudiam: adhuc illis loquentibus: Ego audiam.* Orare

Is. 4. 14.

Is. 35. 24.

G 2

vult

G: 304
oper. 404
Tom II
N. V
5

vult aliquis? habet Deum in semetipso quem
 Consulere vult, opem vult, vitam, sanitatem,
 fugium, veniam, gratiam, indulgentiam, sa-
 entiam, justitiam, misericordiam, quidquid
 mum vult; cum omnibus his ad manum habet

Act. 17. 28. Deum. *Non enim longè est ab unoquoque nostris*
 (ait Paulus:) *in ipso enim vivimus, movemur,*
sumus. Eidem etiam cum Jeremiâ dicimus.

Jer. 14. 9. *autem in nobis Domine: & nomen tuum invocatum*
est super nos, ne derelinquas nos.

12. Fructus, Unio cum Deo, atque conjunctio
 Etio, omnino arcta & inseparabilis: non cogitur
 bitur intimior, non arcta magis, non est aqua
 intimior spongiæ, non ignis candenti ferro, non
 lumen aëri, non anima corpori, quam Deus
 homini. Quod si accedat Unio Dei per gratiam
 atque per beatificam gloriam; summa, omnia
 completa est. Et quænam felicitas huic comparabitur
 parabitur felicitati: suam si homo felicitatem
 nôrit?

13. Fructus, Assiduus convictus, conversatio
 tio, familiaritas cum Deo, quid tam assiduam
 quidvé tam familiare, quam neque spirare sine
 Deo, neque ictum oculi, nec motum digiti, nec
 mentis cogitatum facere posse, quin simul tecum
 faciat id ipsum Deus? Neque tamen tecum ô ho-
 mo, quando tu peccas, peccat Deus: sicut quando
 do claudus claudicat, non tamen Anima eius
 claudicat, quamvis sine Animâ ille non claudicat.

14. Fructus, Transitus in affectiones, in motus
 res, in Vitam ipsam Dei. Sanè qui ex Dei Præsen-
 tia, seu ex Præsentis memoriâ vivit, ille verè potest
 est dicere; *Vivo ego jam non ego, sed vivit in me*
Deus. Vulgò dicitur: qui cum claudo coambulo

Gal. 2. 20.

lat, claudicare discit: quia nimirum familiaribus mores familiarium adhærescunt: Cur non etiam: si quis cum DEO vivit, vivere divinè discat? si quis familiariter cum Deo agat, cur non moribus ejus imbuatur, & infuescat? Hoc DEUS optabat evenire Abrahamo amico suo: cum ei præcepit: *Ambula coram me, & esto perfectus*: hoc fecit Deus evenire amico suo Enoch: qui *ambulavit cum Deo, & non apparuit*: quia tulit illum Deus: hoc etiam accidit Amico Dei Moyse: cujus facies radiante lumine cornuta videbatur spectantibus, ex frequenti, & longo consortio sermonis Dei.

Gen. 7. 1.

Gen. 5. 24.

15. Et plures his sunt (de quibus Exercitio sequenti) fructus exercitii, & memoriæ Præsentia Dei. Quos si hactenus non percepisti, tuæ id deputa culpæ, sive ignaviæ, sive inconstantia, sive ignorantia.

16. Erubescere coram Deo propterea: atque dole, quod per tuam culpam, tot, tantisque fructibus privatus inveniaris.

17. Propone deinceps resolutissimâ constantiâ, huic te Exercitio totum impendere: exercitiumque hoc omnibus actionibus vitæ, internis, externisque accommodare: ita ut nulla à te suscipiatur agaturvè, quæ non ex memoriâ Præsentia Dei, non ex mente, gustuque ejusdem Præsentis profecta, & perfecta sit.

18. Ad extremum, pete à Deo: ut faciat te gustare suavissimos hujus Exercitii fructus: ut (inquam) faciat te gustare: quoniam dulcis, & rectus, & suavis est Dominus his, qui adhærent illi, memoria intellectu, voluntate: quoniam quicumque requirunt, & reverentur faciem ejus

G: 301
oper: 101
Tom II
N: V
57

semper, eorum corda vivent in sæculum
culi.

P R A X I S.

O Scire, ô meminisse, ô Amore Deum Præsentem
ô ex illius Amore, Dignitate, Honore, Volun-
tate, Norma omnia semper agere! ô gustum cordis
ejus semper explere! ô coram illo: ô cum illo ambu-
lare? ô in ipso: ô ipsum esse!

EXERCITIUM VII.

*De fructibus quos in nobis facit memoria
Præsentia DEI.*

1. **C**onstitue te coram Deo præsentem, vic-
cissimque coram te, imo in te Deum in-
timè habitantem: Hanc tui constitutionem per-
fice per recordationem, cogitationem, seu con-
templationem, & per affectionem, quantum
prævalet ardentem, simulque assiduam.

2. Ad hunc laborem (si tamen revera labor
non potius requies est) animent te, tam multo
quàm & magni fructus, quos tibi labor iste fe-
cundissimè parturiet, dummodo, ne ipse impe-
dimentum opponas.

3. Est enim memoria præsentia Divina, exci-
tationemque Animæ circa illam, simile illi terræ bo-
næ, quæ Divino semine suscepto, facit fructum
tricesimum in incipientibus, sexagesimum in
proficientibus, centesimum, millesimum, & am-
pliores etiam in perfectis.

4. Memoria Præsentia Dei excitat peccato-
res ad pœnitentiæ fructus dignos faciendos, ad
perseverandum in eis, ad evellendas spinas pe-
catorum.

um facatorum, ad tollenda saxa vitiorum, ad edomandas passiones, ad moderandos sensus, ad odium, & mortificationem sui, ad contemptum mundi, propter timorem Dei.

5. Memoria præsentiæ Dei, promovet justos ad opera Virtutum, ad Misericordiam, ad Charitatem Dei, & proximi: ad imitationem Christi, ad amorem Crucis, ad dominium cupiditatum, ad frenationem desideriorum, ad studium placendi Deo, ad cultum conscientiæ, ad curam puritatis cordis, ad amorem cælestis Patriæ, ad cupiditatem & conquisitionem meritorum, & Gratia.

6. Memoria Præsentiæ Dei, inflammat perfectos ad assiduitatem orandi, & cum Deo loquendi, conversandi, familiariter agendi, ad contemplationem Majestatis & Dignitatis ejus, ad redamationem Caritatis ejus, ad Zelum gloriae ejus, ad Unionem intimam cum Unitate ejus, ad transformationem in Voluntatē ejus: ad imbibendam similitudinem ejus, ad perdendum se in vitâ ejus, ad sepeliendum se in beatitudine ejus: ad perfruendum facie Unitatis, atque Trinitatis, Essentiæque illius.

7. Memoria Præsentiæ Dei facit hominem impeccabilem suo modo: non minùs singulari quàm efficaci: sicut enim in oculis parentum filii, in oculis moderatorum pueri, in manibus directorum, ipsi equorum, aliorumque brutorum pulli, cohibent licentiam, dediscunt ferocitatem, induunt disciplinam: sic, atque certè multò magis, in oculis Præsentis, atque omni reverentiâ dignissimi Dei, facilè omnis dediscitur perulantia: discitur modestia: frenatur effrenatio:

G: 3117
Sicut
oper: 4117
Tom II
N: V
517

tio: abjicitur cupiditatum præcipitatio: omni- 10.
 autem assumitur & custoditur disciplina. Ideo tam fer-
 tantò efficacius, simul ac suavius atque constanter, t-
 tius, quantò promptior est Deus (est autem atsi fer-
 promptissimus) ad confirmandum Gratia inibi que
 Auxiliis, eos; qui seriò connituntur per omnia feri nat-
 placere, cavent in aliquo displicere Divinis o-
 lisejus. assumet

8. Beatus Dorotheus, discipulum in spi- imbuer-
 suum Dositheum, Adolescentem nuper in lae quidem
 lo satis licentiosum, unico memoriae Præfati si Mem-
 sibi Dei exercitio, non tantum omni mori- stantem
 exuit licentia, sed etiam adeptione omnis P- tibus, h-
 fectionis præcipuis ordinis sui Sanctis in coelo gradibus
 quavit: & quidem tantum intra quinquennium que pro-
 vitæ religiosæ, idque valetudine semper infir- stanti,
 utentem. vinam

9. Atque ideo hoc etiam est inter fructus n- assimila-
 moriae Præsentis Dei computandum: quod turale,
 Exercitio, & vix ullo similiter alio, devenit II
 facillimo, suavissimo, citatissimo ad omnia nem im-
 Virtute & Sanctitate perfectionem, consumm in ipso,
 tionemque cursu, & gradu. Neque hoc abato, co-
 quam mirum aut incredibile esse debet: sed motum
 tius debet esse omnino certum. Cætera eni- præque
 Exercitia spiritûs, anfractibus quibusdam o- ejus in
 cumducunt animam religiosam piamque adpe dem Pr-
 fectionem: ad quam etiam, quia tarde duc- enim e-
 sæpè non deducunt: morte vitam brevem, v- ris æstu-
 verò longam abrumpente. At Exercitium n- ejus flu-
 moriae præsentis Dei, felici, & simul fac- præsen-
 omninoque efficaci compendio, ab imo ad su- quoscu-
 mum perfectionis, fundatè & solidè ducit, atq- cum va-
 deducit. rumqu-

10. Ut enim si calefacere aut ignite velis massam ferri, quidquid alterius industriae ad id adhibueris, parum quidem in proposito promovebis. Est autem ut si ferrum igni grandi admoveris, seu injeceris, inique constanter tenueris; ferrum quidem ferri naturam non exuet, sed ignis naturam pænè assumet: & omnia quæ naturæ ignis sunt obtinebit: sic plane, si Virtute ac Sanctitate Animum imbuere, variis industriis conatus fueris; aliquid quidem fortè, etsi tardè, & lento passu facies: at si Memoriam Præsentia Dei, constanter, & instanter Animo tuo admoveris; omnibus Virtutibus, hoc est; divinis ornamentis, sanctitarisque gradibus, tam facilè, quàm & citò, feracissimoque proventu, nec non & solido, atque constanti, adimplebis. Neque enim minus ad divinam Præsentiam pertinet, subjecta sua sibi assimilare, & quasi indivinare, quàm est igni naturale, ea quæ sibi injecta habet, ignire.

11. Memoria Præsentia divinæ, facit hominem imperturbabilem: atque ad omnia quæ vel in ipso, vel circa ipsum variè, & quovis etiam turbato, confuso, tumultuario modo aguntur, immotum, ac veluti non sentientem: vel extra supraque omnia elevatum. Est enim Deus, & ejus in homine, seu mente præsentia, atque ejusdem Præsentia memoria ad instar Olei: Oleum enim effusum nomen Domini, quod sævas maris æstuationes sedat superinfusum, & omnibus ejus fluctibus supernatat: sic enim etiam Dei præsentis memoria, menti humanæ immanens, quoscunque, sive passionum ipsiusmet, sive circumvallantium curarum, negotiorum, turbatumque tumultus compescit, componitque, & calcari

G: 3017
Sicut
oper: 4017
Tom II
N: V
57

calcare à mente sic facit, ac si esset (uti de factis
est) & supra, & valdè remotè, procul extra
omnia turbamenta: soli Deo inhærens, & te
quam petrae inviolabili insistent, ideo de huius
modi dicitur. *Qui confidunt in Domino, sicut*
Mons Sion.

Pf. 124. 1.

12. Hisce fructibus, diligenter, pro eorum
magnitudine, atque dignitate æstimatis; Exar-
desce quam potes famelicissimo eorum deficiente
rio: eorumque comparandorum quàm resolu-
tissimo, & obfirmatissimo studio: tum quia in
eò haberi nihil potest ejusmodi bonorum di-
norum: tum quia hæc bona adèd sunt singula-
ria, ut in eis conquirendis operæ pretium sit etiam
plurimum conari.

13. Quia verò conatûs humani hic possit
nihil, nisi adsit copiosa, & efficax Gratia Dei, qui
conatus nostros & excitet, & adjuvet, & conle-
vet: istam diffidente, & desperante de te, de
viribus tuis, fiducia, & supplicatione, à Deo
emendicare semper in usu habe: certus, quod
Erga

Luc. 11. 13.


Dominus dabit Spiritum suum bonum petentibus se.
14. Admirare, tum profusam liberalitatem
Dei, tam prodigè Creaturis suis Præsentiam suam
fructusque ipsius indulgentis: tum supinam, in
veteratamque tuam negligentiam, vel ignoran-
tiam: quâ factum est, ut tu hucusque, vel pen-
tus, vel magna ex parte, tam pretiosis fructibus
privatus, tamque simul gravibus ob hanc priva-
tionem damnis afflictus sis.

15. Exardesce, ad hæc damna reparanda, fructus
ctusque hos conquirendos: tantum infudat
postmodum, ad eorum obtentionem statuens
quantum & superiorum temporum negligentiam
damnis

de factis & operibus
extra & te
& te
le huius
no, f
o eor
s; Ex
n def
n resol
quia in
um d
e singu
a fit etia
c possit
Dei, qu
& conle
te, de
à De
us, qu
tibus
ralitate
am suam
inam, in
ignora
vel per
fructibus
ne priv

P R A X I S.

Domine Deus noster : qui Præsens habitare in nobis, pro tuâ ineffabili Bonitate, non tantum diligis, sed etiam delectaris : fructusque hujus Præsentie tuæ in nobis liberalissime multiplicas : da nobis copiosum gratiæ tuæ auxilium, ut per ejus opitulationem, & tuâ Præsentia digni, & fructibus ejusdem Præsentie tuæ pleni esse mereamur.



EXERCITIORUM

P A R S VI.

Erga DEUM amandum & reverendum,

EXERCITIUM I.

De Necessitate, Æquitate, Utilitate, Amoris, ac Reverentiæ erga Deum.

Statue te coram Deo, summo, immenso, infinito per hæc omnia, quæcunque bene cogitari possunt de ipso : te verò vilissimum vermiculum, ejus tamen opus manuum, illi per omnia obligatissimum ; quàm condignissimè affici :

G: D...
Sicut
oper: ...
Tom II
N. V
57